

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 46 [XLVI.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

At vero Christus Dominus pro fratribus suis semet
 7. Reg. i. ipsum tradidit in mortem. Ah doleo super te frater
 mi decore nimis et amabilis super amorem inulterum.
 Doleo super te, quod te videam tanta pati pro me.
 Ecce pro me mori, et acerbis corporis plagas propter me
 suscipere voluisti! et quid aliud in vicem à me expectas,
 quam ut suavia amoris vulnera à me recipias; iam
 te igitur o dilecte votorum meorum, tantoq; amplius
 te diligere volo et debeo, quo magis per te crevit erga
 me aeterni patris tui amor, quo amore aeternae gloriae
 tibi cohaeres effectus sum.

346^{um}
 Aspiraciones ad Deum tan =
 quam amicum.

i Sicut sume exultaret mancipium si admitteretur in
 amicitiam sui principis, sic non minor, imo longe ma-
 q' adeo quidem ut quo major mea debet esse letitia, dum o benignissime Deus
 ego tibi familiarior tua amicitia me participem facis, et amici nomine me com-
 eo tibi acceptior. reddere dignaris. Quis ego, ut Dei amicus nominer et sim?
 Prohi saepe repudiat unde mihi tanta gratia? unde tam stupendus favor? ut
 homo non solum sicut famem ostendit crea- licet mihi tecum inire amicitiam, imo intima familia-
 tor creatura tua, sa- ritatem! clamat enim scriptura: appropinqua te Deus, et
 Jacob 4. appropinquabit tuis. O dulcissime Deus, quid quaeso,
 acceptius mihi coenire potest quam ut ^{tu} sume maiestatis
 Dominus appropinques mihi, et ego vilis terra vermiculus
 appropinqua tibi, et sicut amicus amicum te alloqui,
 tuisq; amplexibus tui merceat, quies tam amabilis,
 tam desiderabilis, tam nobilis, tam suavis, tam de-
 lectabilis; non enim habet amaritudinem conversatio
 tua, nec fadium convictus tuus, sed letitiam, sed gau-
 dium, sed dulcedinem. gustate, o interiora cordis mei
gustate et videte quoniam suavis est Dominus. Bea-
 tus vir, qui ei adherere concupiscit.

Amicitia pares accipit, aut facit; et ideo amantif-
 sime Deus, ut amicus tuus esse possem, creasti me
 ad similitudinem tuam: magnū certe beneficium.
 Tum dedisti mihi maxima et pretiosa promissa
 gratia, ut per hac efficerer consors divina tua na-
 tura: et sic quoddammodo me coequasti primoge-
 nito tuo participem me reddens infinita amicitia,
 quā ipsi ab aeterno coniunctus es. Quanta hac dig-
 natio! quam ineffabilis honor! Verē tua erga
 me charitas transcendit omnē limitem, unde et tu
 meus erga te amor sit super omnē modum, oportet.
 O Domine Deus quid exultationis ex te accipio?
 certē dum cogito, me abs te summa maiestatis Do-
 mino amari, quicquid intra me est, pra gaudio col-
 liquescit. Prorsus ob id ex animo laetor, quod adeo
 benignus sis, ut amicus meus esse velis. Proh quan-
 tam opera impendere debent aulici, donec inveniant
 gratiam corā oculis sui principis, et ego non gratia
 tantum, sed etiā amicitia altissimi pro lubitu mihi
 concilio; non enim plus a me exigitur, quam ut a-
 mante redamem. quid facilius, quid iucundius, quā
 eum diligere, qui super omnia amabilis est, qui om-
 nia desiderabilia in se recondita habet. Athamo te
 mi Deus, amo te, ē Solamen anime meae: et si parū
 est, amen validius. O filia Ierusalem, si inve-
 neritis dilectum meū, nuntiate ei, quia amore lan-
 queo.

2. Pet. 1.

cant. 5.

O dulcissime Deus verē amicus noster es, cum legē
 perfectae amicitiae in nobis impleas. amicorū enim
 omnia sunt communia; et ecce omnia tua nostra fe-
 cisti, dum unigenitum tuum nobis donasti, propriosq;
 corpore ac sanguine eius nos pascere consuevisti.
 Inter amicos etiā perfecta est unio; adeo ut amici
 sint una anima, simulq; mutuo conversari desiderent.
 et ecce qui adheret Deo, unus est Spiritus cum illo,

1. cor. 6.

Job. 8. Sed et delicia tua sunt esse cum filiis hominum. O
 amantissime Deus, quid est homo, quia sic magnificas
 Job. 7. eum? aut quid apponis erga ^{cum} cor tuum? Cur non vi-
 cissim id dulcissime amator anima mea cor meum tibi
 do, et tecum semper esse anhelet? Ecce sine amico
 non possum non misere vivere: et si tu o benignis-
 sime Deus, non fueris mihi pra omnibus amicum.
 nimium infelix ero. Ah quam durus et aridus sum,
 sine te! quam solitius et vanus, si amo aliquid ex-
 tra te! quidem totus mihi conferre potest mun-
 dus sine te? Revera qui te habet amicum, possidet
 thesaurum bonum super omne bonum. Teneam te igitur
 o unicum desiderium meum: amplectar te, o aeternum
 bonum sine quo nihil est bonum.

47^{um}
 Aspiraciones ad Deum ob. ~~et~~
 amorem eius in incar-
 natione relucens.

i O admirabile et inscrutabile consilium! o in-
 comprehensibile commercium! quod tu dominator caeli
 et terra, ac altissima maiestatis Dominus non sis
 dedignatus sublimem potentiam tua ad hunc usque le-
 nebrosam saeculi carcerem inclinare, formam servi
 induens, ut nos participes divinitatis tuae efficeret.
 Nempe non satis erat tibi, esse Dominum ac crea-
 torem, sed etiam ut nos reparares ad gloriam, redemptor,
 condonalis, frater, caro, et sanguis noster, participes
 infirmitatis ac miseriae nostrae fieri voluisti. Quam
 magna multitudo pietatis ac bonitatis tuae, mi dul-
 cissime ^{Deus!} o inestimabilis, o immensa charitas tua! quis
 super tanta amoris ac pietatis viscera non obstupescat?
 quis charitate non inflammetur, et amorem pro amo-
 re non rependat? ah amo te, mi dilectissime Deus,
 tibi me totum condecro, quia tibi soli vivere volo.
 o quando, quando te feliciter inveniam? quando me
 totum in te rapies?